adferret, nobisq; benevolentia addictg esset, est quod ipsam plurimum laudemq, et singularem ex nomine erga ipsam benignissimæ voluntatis significationem his literis faciamq; de qua R. V. Rma omne sibi polliceri quæ de gratia et benignitate nostra in se proficisci queant, poterit. De cætero R. V. R. prosperrime valere optamq. Prag. 14. Jan: 1592.

Cardinalibq Columnæ Seniori et
Gonzagæ Seniori gratiæ pro labore.

185

Rudolphus etc.

Rme etc. Quam præclara semper R. V. R. in Apostolico conclavi cum de novo Pontifice eligendo gravissima consultatione gesserit, ut ad eam tantam dignitatem ille eveheretur qui eo dignissimarum virtutum laudem adferret, quiq; nobis ac inclytæ domui nostræ, cui Reipubl. Christianæ prosperitas unice proposita est, animum addictum benevole gereret, libenter ex Rmi in Christo patris Cardinalis Madrutij atq; oratoris nostri testificatione intelleximq. Quam obrem cum R. V. Rma longe Nobis gratissimum fecerit, id benigne agnoscere qualiumq; occasione et gratæ mentis declaratione ubicumq; postulerit, haud sumq intermissuri. Ut vero Dtas V. Rma promptum suum erga nos et Augustam nostram Austriæ domum nostram studium continuare, quâ hactenq benevolentiâ pergat, etiam atq; etiam ab ipsa requirimq in qua multum fiduciæ positum propter antiquam et spectatam in nos observantiam habemq. Quod reliquum est etc. Pragæ. 14 Jan: 1592.

Cardinali Guesualdo gratiæ
pro labore conclavis.

186

Rudolphus etc.

Rme etc. Quam egregium suum in Nos atq; in inclytam domum nostram studium superioribq diebus, cum de Pontifice Maximo eligendo consultatum fuit R. V. R.

insigniter